Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Vsucapio

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

Vſucapio vide Præſcriptio.

Vſuſfructus, Vſus.

1 VSufructuarius poteſt vendere ſolum quãtum opus eſt ad ſoluendam vecturam rei longè diſtantis neceſſariæ : quidam tamen dicunt, poſſe vendere arbores cæduas fructiferas verò nec incidere poſſe.

*De vſufructu *Mol.d.7.8.9.*

Vide *Mol. verſ. eod.n.*1.

2 Tenetur reddere æſtimationem rerum vſu conſumptibilium, vt pecuniæ, vini, &c. factam tempore quo ei traditæ ſunt (quæ verò vſu minuuntur, vt veſtes, corũ reddẽdum, quod ſupererit poſt vſumfructum) & pro pecoribus mortuis alia ſubſtituere, ſi legatus eſt vſusfructus gregis vel armenti; ſecus ſi animalium : itemque pro vitibus, & arboribus mortuis alias ſubſtituere: fœtus autem poteſt conſumere; & ſi ſubſtituta pereant, non tenetur pro illis dare alia. Poteſt & conſumere fructus vſu non conſumptibilium, vel corũ pretia.

**Mol.d.7.col.*2. Quæ verò} *Syl.l.c.n.* 4.

Et pro peco.} *Mol. l.c. vide l. vetus.ff.de vſufructu.Fum.vſuſfruct.n.*8. *Ang.*21.

Itemque pro vit.} ſecus ſi tempeſtate aliqua ſine culpa eius perierint. *Mol.l.c.col.*1.

3 Non tenetur ad expenſas magnas pro rerum conſeruatione, vel defenſione, ſed poteſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN